

B A Y L E

Clementis. vii.

In Cena Domini
lecta in Arbe ueteri
Anno. AD. D. xxvii
in qua Arbis dire
ptores perborre do
eterne maledictiois
Anathemate nunc
primus dānati sunt.

CLEMENS Episcopus , seruus seruorum dei, ad futurā rei memoriam.

¶ Consueuerūt Romanī Pontifices, prædecessores nostri, ad retinendā puritatem religionis Christianæ, & ipsius unitatē, quæ in coniunctione membrorum ad unum caput, Christum uidelicet, eiusq; Vicarium principaliter consistit, & sanctam fidelium societatem ab offensione seruandam, arma iustitiae, per ministerium Apostolatus in præsenti celebritate exercere.

¶ Nos igitur uetussum & solēnem hunc morem sequentes excōmunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotētis Patris & filii & spiritus sancti, auctoritate quoq; beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra, omnes hæreticos, Gazaros, Paterenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speculatorias, Passagerios, Viclefistas, seu Vſſitas, Fraticellos de opinione nuncupatos, Necon per fe.re, Leonem Papam X. prædecessorem nostrum superioribus annis damnatam, impiam & abominabilem Martini Lutheri hæresim sequentes, ipsiq; Martino, quominus puniri possit, quomodolibet fauentes, & quoslibet alios hæreticos, quocūq; nomine censentur, ac omnes fautores, receptatores, libroruq; suorum aut quorumvis aliorum eiusdem sectæ sine auctoritate nostræ sedis Apostolicae quomodolibet legentes, aut in suis domibus tenentes, aut imprimentes, aut quomodolibet defendantes ex quauiis causa publice uel occulte, quouis ingenio uel colore, & generaliter quoslibet defensores eorundem.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizamus oēs Piratas,

Cursarios, Latrūculos Maritimos, & illos præcipue qui mare nostrum a monte Argentario usq; Terracinam discurrere & nauigātes in illo deprædati, mutilare, interficere, ac rebus & bonis suis spoliare præsumperunt haec tenus & præsumunt, ac omnes receptatores eorundem & eis auxilium dantes consilium uel fauorem.

C Item excōmunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia imponunt, uel prohibita exigunt.
C Item excōmunicamus & anathematizamus omnes Falsarios bullarum, seu literarum Apostolicaꝝ, & supplicationū, gratiam, uel iusticiam concernentiū, per Romanū Pontificē uel Vicecancellarium, seu gerentes uices eorum aut officium Vicecancellarii. S.R.E. de mandato eiusdē Romani Pontificis signatarum, aut sub nomine eiusdē Romani Pontificis, Vicecancellarii, aut gerentium uicem prædictorum signātes supplicationes easdē, extendentes Capitulum ad falsiorū, cum omnibus poenit in eo contentis ad falsificantes, seu mutantates supplicationes per nos seu de mādato nostro signatas & datatas sine nostra & Datarii nostri licentia.

C Itē excōmunicamus, & anathematizamus omnes illos qui Equos, Arma, Ferrū, filum ferri, stānum, æra, bandas patā, auricalcum, sulfur, salnitrum, & omnia alia ad faciendū artelarias opportuna, & quæcūq; instrumenta, arma seu machinas offensiuæ necnon funes & alia rei nauticæ necessaria ligamina, & alia prohibita deferunt Saracenis, Turcis, & aliis Christiani nominis inimicis, quibus Christianos impugnant, quibus suis priuilegiis & concessionibus quibuscūq; principibus, aut dominiis, seu priuatis personis per nos & sedem prædictam haec tenus forsitan concessis quas illis nolumus in

aliquo suffragari.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizamus omnes impec-
dientes seu inuidentes uisititia seu alia ad usum Romanæ
Curiæ necessaria adducētes, uel qui, ne ad Romanam Curiā
ipsam adducantur, uel deferantur impediunt, seu perturbāt,
& quitalia faciunt, uel defendunt, cuiuscūq; fuerint ordinis,
præminentia, conditionis & status, etiam si Pontificali, Re-
gali, Reginali, aut alia quauis ecclesiastica, uel mundana præ-
fulgeant dignitate.

¶ Ité excōmunicamus, & anathematizamus omnes illos qui
ad sedē apostolicā uenientes, & recedentes ab eadē, Necnon
omnes illos, qui iurisdictionem ordinariam, uel delegatam
aliquam non habentes, in eadem Curia morantes, temeritate
propria rapiunt, spoliant & detinent, aut ex proposito delis-
berato uerberare, mutilare, uel interficere præsumunt, & qui
talia fieri faciunt, seu mandant.

¶ Ité excōmunicamus, & anathematizamus omnes temere
mutilantes, uerberantes, vulnerantes, interficienes, capientes,
carcerantes, & detinentes Patriarchas, Archiepiscopos, &
Episcopos eorumq; mandatores.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizamus omnes illos,
qui per se, uel alium seu alios, quascūq; personas ecclesiasti-
cas, uel seculares, ad Romanam Curiam, super eorum causis
& negotiis recurrentes, illaq; in eadē Curia prosequentes aut
procurantes, negotiorūq; gestores, aduocatos, uel procura-
tores ipsorum, uel etiam auditores, seu iudices super dictis
causis, seu negotiis deputatos occasione causarum uel nego-
tiorū huiusmodi uerberat, mutilant uel occidunt, seu bonis
spoliant, ac illos qui ne literis, & mandatis apostolicæ sedis

& legatorum ac nuntiorum & iudicium delegatorum eiusdem
gratiam, uel iustitiam cōclementibus, decretisq; super illis, &
ceteris iudicatis, processibus & executorialibus, non habito
primum eorum beneplacito, & assensu pareatur, neue tabel-
lones & Notarii super huiusmodi literarum, & processuum
executione, instrumēta uel acta cōficere, aut facta parti cuius
interest, tradere, sub grauissimis poenis prohibere, statuere,
seu mādere, quiue in animarum eorūderi periculum, se a no-
stra, & R.o. Pont. pro tempore obedientia pertinaciter sub-
trahere, seu quomodolibet iecedere præsumūt, quiue iuris-
dictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad ecclesiasticas
personas ratione ecclesiarum, monasteriorū & aliorū bene-
ficiorum ecclesiasticorū per eas obtētorum pertinētes usur-
pant uel surripiunt, seu quauis occasione uel causa sine R.o.
Pont. expressa licētia sequestrāt, uel qui per se, uel alium, seu
alios directe uel indirecte prædicta exequi, uel procurare aut
in eisdem cōsiliū, auxilium uel fauorem præstare nō uerē-
tur, cuiuscūq; præminētiæ, dignitatis, ordinis, conditionis,
aut status fuerint, & si Pōtificali, Regali, Reginali, uel quauis
alia præfulgeat dignitate, Innoquamusq; decretum super his
in moderno Lateraneñ. Concilio editum, & cum omnibus
poenis in eo contentis.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizamus omnes muti-
lantes, uulnēates, & interficiētes, seu capientes, & detinētes,
seu deprædantes Romipetas, & peregrinos ad urbē causa
deuotionis seu peregrinatiōis accedētes, & in ea morātes uel
recedētes ab ipsa, & in his dātes auxiliū, cōsiliū, uel fauorē.
¶ Itē excōmunicamus, & anathematizamus omnes illos qui
per se uel alium, seu alios directe, uel indirecte, sib quoquā

titulo uel colore occupat, detinat, uel hostiliter destruit, seu
inuadit, aut occupare, detinere, uel destruere, aut inuadere
hostiliter presumunt in totum, uel in partem, aliam Vrbē,
Regna Siciliæ seu Trinacriæ, Insulas Sardiniae & Corsicæ,
Terram citra pharum, Patrimonium beati Petri in Tuscia,
Ducatum Spoletanū, Comitatum Venaysinū, Sabinensem,
Marchiæ Anchonitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiolæ,
Campaniæ, & Maritimæ prouincias illarumq; terras & loca,
ac terras specialis cōmissionis Arnulfoꝝ, Ciuitatesq; nostras
Bononiā, Ferrariā, Beneuentū, Perusiam, Auinionē, Ciuitatē
Castelli, Tudertū, & alias Ciuitates, Terras, & loca, uel iura
ad ipsam Romanam Ecclesiam spectantia & pertinentia,
& adhærentia, ac fautores & defensores eorum seu in his
dantes auxilium, consilium, uel fauorem.

CItem excommunicamus, & anathematizamus omnes & sanguinosos
Vicecācellarios, & cōfiliarios, ordinarios, & extraordinarios
quorūcūq; Regum & Principium ac Cācellariorum,
Cōfiliorum, & parlamētorum, Necnō procuratores generales
eorūdem, uel aliorum principū seculariū, etiam si Imperiali,
Regali, Ducali, uel alia quacūq; præfulgeat dignitate,
necnō Archiepiscopos, Epos, Abbates, & Cōmendatarios,
eorūq; Vicarios, & officiales qui per se uel aliū seu alios qua-
rūcūq; exemptionum uel aliarum gratiarum & litterarum
Apostolicarum, necnon decimarum, & beneficiales ac alias
spirituales, & spiritualibus annexas causas ab Auditoribus, &
cōmissariis nostris (ut eorum uerbis utamur) auocant ac execu-
tiones monitoriorum, citationū, inhibitionū, sequestroꝝ,
executorialium, & aliarum literarū Apostolicarū tam gratiā
q; iustitiā cōcernentiū, a nobis necnō Camerario & præsidē

tibus Cameræ Apostolicæ, ac Auditoribus & commissariis
Apostolicis, in eisdem causis pro tempore emanatarū, illarūq;
cursum, & audientiam, ac personas, capitula, cōuentus & col-
legia causas ipsas prosequi uolentes auctoritate laicali impe-
diunt, & se de illarum cognitione tāq; iudices intromittere,
ac partes actrices q; illas cōmitti fecerunt, et faciunt, ad reuo-
candum seu reuocari faciendum citationes uel inhibitiones
aut alias literas in eis decretas, e. ad faciendū eos contra quos
tales inhibitiones emanauint a censuris et pœnis in illis con-
tentis absolui ordinant uel compellunt.

¶ Itē excōmunicamus, et anathematizamus oēs Sanctorū
reliquiarum, et ornamentorum ecclesiasticorū quorūcūq;,
calicum, crucum, candelabrorū, thuribulorum, uasorū argē-
teorum et aureorū ac uestium Sacrarū ad diuinum usum de-
putatarum ex Basilicis et Ecclesiis tam Vrbis q; extra illius
moenia cōsistenter et aliarum quarūcūq; rerū in ipsa Vrbe
tempore illius direptionis usq; in præsentē diē nequiter abla-
tarum ablatores et illarū occupatores, ac quoscūq; alios ad
quorum manus res ipsæ quo cūq; titulo aut ex quauis causa
sciēter peruererint et exultant, cuiuscūq; fuerint ordinis uel
præminētiæ, cōditionis, status, etiam si Pontificali, Regali,
Reginali, aut alia quauis Ecclesiastica uel Mundana præful-
geant dignitate, quibusuis priuilegiis et concessionibus
quibuscūq; psonis per nos et iedē prædictā haec tenus forsan
cōcessis, quas illis nolumus in aliquo suffragari.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizamus omnes & sin-
gulos illos etiā si Patriarchali, primatiali, Archiepiscopali,
Episcopali uel maiori Ecclesiastica, aut Imperiali, Regali,
Reginali, Ducali uel alia quauis præfulgeant dignitate, ho-

nore seu præminentia, qui sub quibusuis poenis quibuscumq; personis in genere, uel in specie, ne aliquis literas Apostolicas etiam in forma breuis tam gratiam q; iustitiæ cōcerneñ, etiam citationes & executoriales, q; a sedē prædicta emanarunt et pro tempore emanabunt, sine eorum uel Principum beneplacito & examine executioni demandent, inhibitent, ac notarios executores uel subexecutore, literarum, monitorio m, citationum, & inhibitionum hmoi capiunt, incarerat, & detinent uel capi & incarerari & detineri faciūt, & qui ex eorum officio uel ad instantiam quoruicuq; personas ecclesiasticas & capitula, conuentus & collegia Ecclesiarum quas rūcūq; coram se ad eorum tribunal, audientiam, cancellaria, consilium, uel parlamentum trahunt ac præter iuris cōmunis dispositionē trahi faciūt, uel procurat, directe uel indirecte, quo quisquis ita ingenio, uel colore, necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones pragmaticas, seu quævis alia decreta in genere uel in specie ex quo quis causa & quo quisquis ita colore & sub prætextu literarum apostolicarum in usu nō receperunt & reuocatarum haetenus fecerunt, ordinarūt, seu publicarunt, ac facient, ordinabunt & publicabunt in futurum per quas & quæ libertas ecclesiastica tollitur seu in aliquo lœditur uel deprimitur, aut alias quoquomodo restringitur, seu nostris & apostolicæ sedis iuribus quomodolibet tacite uel expresse, directe uel indirecte præiudicatur, Declarates nihilo minus ac protestantes, prout tenore præsentium declaratus, ac expresse protestamus absolutionem hodie uel alias etiam soleniter per nos faciemus præfatos suprannominatos & qualificatos ac Vicecancellarios, cōsiliarios, & procuratores, ac alios excommunicatos p̄diit os nisi prius statim statuta,

ordinationes, constitutiones pragmaticas & decreta hīmōi
publice reuocarint, & ex Archiuis seu capituloibus locis
aut libris in quibus annotata reperiuntur deleri & cassari, ac
nos de reuocatione & cassatiōe huiusmodi certiores fecerint.
& alias a præmissis cum uero proposito ulterius similia non
cōmittendi desiterint comprehendere, nec illis aliter suffra-
gaturam fore, ac insuper in præmissis omnibus & singulis ac
aliis qbuscūq; iuribus sedi Apostolicæ, a. S. R. F., undecūq;
& quomodolibet quæsitis seu querēdis per quoscūq; actus
contrarios aut quōlibet præiudicantes tacitos uel expressos
a nobis uel sede Apostolica quōlibet factos, aut fiendos, aut
quēcūq; temporis fluxum seu patientiam, uel tolerantiam no-
stram nullatenus quomodolibet præiudicari debere, aut
quomodolibet posse,

¶ Non obstantibus quibuscūq; priuilegiis, & indulgentiis,
ac literis Apostolicis, generalibus uel specialibus eis, uel eoꝝ
alicui, uel aliquibus cuiuscūq; ordinis, status, uel cōditionis,
dignitatis, uel præeminentiæ fuerint, etiā si (ut præmittitur)
Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, seu quauis alia ecclæ
siaistica, uel mundana præfulgeant dignitate, a prædicta sede,
sub quauis forma, uel tenore concessis, quod excōmunicari,
& anathematizari non possint, per literas Apostolicas non
facientes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbum, de
indulto huiusmodi, ac ordinibus, locis, nominibus propriis,
cognominibus & dignitatibus eorum mentionem, necnon
consuetudinibus, & obseruantis scriptis, & non scriptis, &
aliis contrariis quibuscunq;, per quæ contra nostros pcessus
huiusmodi, ac sententias, quominus includatur in eis, se iuuat.

Te ualeant, aut tueri & quæ quo ad hoc, penitus tollimus, & omnino reuocamus, et a quibus quidem sententiis, nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, absoluī possit, nec etiam tunc, nisi de statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mandato, satisfactione, & sufficienti cautione præstitis, etiam prætextu confessionalium, seu quarumuis facultatum uerbo, literis, aut quauis alia scriptura, etiam in qua quod sola signatura sufficeret, concessæ et quæuis derogatoriæ derogatoriæ fortiores, et efficas ciores insolite clausulæ apparetur, quibusvis personis cuiuscunq; præeminentiæ dignitatis conditionis, aut status fuerint, etiā si (ut præmittitur) Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, uel quauis alia præfulgeant dignitate, Religiosis, & secularibus utriusq; sexus, Capitulis, Collegiis, conuentibus, ordinibus etiā mendicantiū, & Militiarū hospitalibus, Cōfratriis, Vniuersitatibus concessarum a nobis, uel a prædicta sede, & quas concedi quomodolibet continget in futurum,

Tillos autem qui contra tetram præsentium talibus, uel eorum alicui uel aliquibus absolutionis beneficiū impédere de facto præsumperint, excommunicationis, & anathematizationis sententia innodamus eisq; prædicationis, electionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones officia interdicimus, prædicens, & declarantes aperte trāfugitoribus, & contemptoribus prædictis nos graius contra eos spiritualiter, & temporaliter prout expedire cognouerimus, processuros & nihilominus quicquid egerint absoluēdo, uel alias, nullius sit roboris, uel momenti.

Vt autem hmoi nostri processus, ad cōmunem omnium

notitiam deducantur, chartas, seu membranas, processus contineentes eosdem, in ualuis Basilicarum Principis Apostolorum, & sancti Ioannis Lateranensis de Urbe, ac in maiori ecclesia S. Mariæ ac sancti Andreæ ciuitatis nostræ Urbeuetañ affigi, seu appendi faciemus, quæ processus ipsos suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, ut hi quos processus huiusmodi contingunt, quod ad ipsos non peruerterint aut ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, seu ignorantiam allegare, cum non sit uerisimile, quo ad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

CVerum ut præsentes literæ, ac omnia, & singula in eis contenta, eo siant notiora, quo in plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac locorum Ordinariis ubilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in uirtute Sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatinus per se uel aliū seu alios præsentes literas postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, saltem semel in anno, aut pluries, prout expedire uiderint, in ecclesiis suis dum maior in eis populi multitudo ad diuina conuenierit, soleniter publicent, ad Christifideliū mentes dabant, nuntient, & declarant.

CNulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, reuocationis, innovationis, interdicti, commissionis, & mercantiæ infringere uel ei ausu temerario contraire.

CSiquis autem hoc attentare præsumpsiterit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursum. Datum in Urbe ueteri Anno Incarnationis Dominicæ. M.D.XXVIII. V. Idus Aprilis Pont. Nostri Anno Quinto.

TEnor Decreti Concilii Lateraneñ, contra artipieores vel sequestrantes fructus beneficiorum uel ecclesiarum sine expressa licentia. R.O. Pont. qui continetur in Bulla Reformationis lecta in Nona Sessione Concilii Lateraneñ, de quo fit mentio in superiori Bulla folio tertio, est infra scriptus.

CLeo Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante concilio, supernæ dispositio nis arbitrio &c.

CEt cum fructuum Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitarum. Monasteriorumq; & aliorum quorūcung; beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio, & administratio ad eos & R.O. Pont. pro tempore existet. & illos etiam qui eiusmodi ecclesiastas, Monasteria & beneficia iure & Canonice obtinent, solum pertineant, secularesq; Principes omnitem etiā diuino iure id prohibente, dictis ecclesiis, Monasteriis ac beneficiis intromittere se nullatenus debeant, Statuimus & ordinamus ut fructus, redditus & prouentus Ecclesiarum, Monasteriorum, ac beneficiorum per seculares ullos Principes, etiam si Imperator, Reges, Reginæ, seu Republicæ uel Potentatus fuerint, aut per eorum officiales seu Iudices etiā ecclesiasticos, uel quascūq; alias personas publicas, uel priua-

tas, de eorundem Imperatoris, Regum, Reginarumque, ac
Principum, rerumque publicarum vel potentatum mandato
sequestrari, occupariue, aut aliquo modo detineri, ipsique hu-
i usmodi ecclesias, Monasteria, ac beneficia obtineantur. sub pra-
textu Fabricae, instauracionisque, sine R. O. Pont. pro tempore
existentis expressa licetia, aut elemosinarum, seu quousque alio
colore aut fuso impediri non debeant, quominus de illis ut
antea libere, ac sine impedimento disponere valeant. Et si
sequestrati fuerint occupatiue, aut detenti, integre libereque,
ac tunc exceptione vel mora prælati, ad quos de iure legitime
meque spectant, restituantur, de quibus si dissipati nusquam repe-
riri possint, eorum iusta aestimatione facta, dictis Prælati
satisfieri uolumus, per eos qui dictas sequestrationes, appli-
cationes, dissipationesque fecerint, aut fieri mandauerint, sub
poena excommunicationis aut interdicti ecclesiastici talium
Principum terris & Dominio eo ipso incurredis. Et ut eorum
ac eiusdem subiectorum bona ubicunque reperta, si moniti pa-
rere noluerint, capi & retineri possint, Ipsius uero contrafacien-
tes tam supradictis poenisque priuationis feudorum & Priui-
legiorum, quae a nobis & Romanis, vel aliis ecclesiis nunc &
pro tempore obtinuerint, & aliis contra uiolatores & op-
premisores libertatis ecclesiasticae, etiam per extrauagantes, &
alias constitutiones etiam incognitas, & forsan in usu non
exitentes impositis subiaceant. Quarum omnium tenores
pro expressis & insertis habentes innouamus, ac perpetuum
firmitatis robur habere decernimus & declaramus, ac secun-
dum eas per quoscumque Iudices etiam Sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ Card. sublata & adempta eis aliter Iudicandi, declas-

randig; potestate, sententiari, iudicari, & interpretari debere
uolumus, atq; mandamus. Et cum a Iure tam diuino q; hu-
mano laicis potestas nulla in ecclesiasticas personas attribu-
ta sit, innouamus omnes & singulas constitutiones fe.re. Boni
facii Papæ. viii. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit.
Felicitis, & Clemeñ. V. quæ incipit. Siquis suadente, necnon
qualscumq; alias Apostolicas Sanctiones in fauorem liber-
tatis ecclesiasticae, & contra eius uiolatores quomodoli-
bet æditas, & poenis etiam contra talia præsumeñ. in Bulla
quæ legitur in Coena Domini contentis in suo robore
permansuris.

¶ Et cum in Lateraneñ. &c.

¶ Datum Romæ in publica Sessione in Lateraneñ. Sacro
sancta Basilica solenniter celebrata, Anno Incarnationis
Dominicæ Millesimo quingentesimo, quartodecimo Tertio
nonas Maii Pontificatus Nostri Anno Secundo.

¶ Anno a Nativitate domini Millesimo quingentesimo
uigesimo octauo, indictione prima die uero decima mensis
Aprilis Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & domini
nostri domini Clementis diuina prouidentia Papæ. vii.
Anno quinto, Retroscriptæ litteræ fuerunt affixæ & publi-
cate in maioris & Sancti Andreæ Vrbeuetanæ ecclesiarum
ualuis seu portis, ut moris est, per me Desiderium Sanctissi-
mi Domini Papæ Cursorem.

C Anno a Natiuitate domini Millesimo quingentesimo
uigesimo octauo, Indictione prima, die uero quartadecima
mensis Aprilis Pontificatus Sanctissimi in Christo patris &
domini nostri domini Clementis divina prouidentia Papæ
Septimi Anno Quinto retroscriptæ literæ affixæ & publi-
catæ fuerunt in Principis Apostolorum ac sancti Ioannis
Lateraneñ. Basilicarum Valuis seu portis per me Petrum
Craſeti prælibati domini nostri Papæ Curorem. Ita est Io.
Valtrini pro magistro Cursorum.

Additum est Decretum ex Bulla reforma
tionis in Nona Sessione Concilii
Lateranensis edita.

